

Franckesche Stiftungen zu Halle

Liber Latinus In Vsum Puerorum Latinam Linguam Discentium Editus

Büsching, Anton Friedrich

Berolini, 1767

VD18 1347295X

Canes.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190266

butus, prunus et paliurus. Haec enim diuersis temporibus mitescunt, ac pene toto anno gregem saturant. At ubi penuria est arborum, terrenum pabulum confectabimur, et sicco limosum praefereamus, ut paludem rimentur, effodiantque lumbricos, atque in luto volutentur, quod est huic pecori gratissimum; quin etiam ut aquis abuti possint. Diligens porculator frequenter suile conuerrat, et saepius haras: nam quamuis praedictum animal in pabulationem spurce versetur, mundissimum tamen cubile desiderat.

Sunt quaedam scrofae, quae mandunt foetus suos: nam sues ex omnibus pecudibus impatientissimae famis sunt, ita ut aliquando, si indigeant pabuli, non tantum alienam (si liceat) sobolem, sed etiam suam consumant.

Canes.

Canis falso dicitur mutus custos: nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam vel furem praedicat, quam iste latratu? quis famulus amantior domini? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis denique ultor aut vindex constantior? Quare vel inprimis hoc animal mercari, tuerique debet agricola, quod et villam, et fructus, familiamque, et pecora custodit. Eius autem parandi tuendique triplex ratio est: namque vnum genus aduersus hominum insidias eligitur, et id villam, quaeque

iuncta sunt villae, custodit; alterum propellendis iniuriis hominum ac ferarum; et id observat domi stabulum, foris pecora pascencia; tertium venandi gratia comparatur; idque non solum nihil agricolam iuuat, sed et auocat desidemque ab opere suo reddit. De *villatico* igitur et *pastorali* dicendum est, nam *venaticus* nihil pertinet ad nostram professionem.

Villae custos eligendus est amplissimi corporis, vasti latratus canorique, ut prius auditu maleficum, deinde etiam conspectu terreat, et tamen nonnunquam, ne visus quidem, horribili fremitu suo fuger insidiantem. Sit autem coloris vnius, isque magis eligatur albus in pastorali, niger in villatico: nam varius in neutro est laudabilis. Pastor album probat, quoniam est ferae dissimilis, magnoque opus interdum discrimine est in propulsandis lupis sub obscuro mane vel etiam crepusculo, ne si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat. *Villaticus*, qui hominum maleficiis opponitur, siue luce clara fur aduenerit, terribilior niger conspicitur: siue nocte, ne conspicitur quidem propter umbrae similitudinem, quamobrem tectus tenebris (canis) tutiorem accessum habeat ad insidiantem. Probatur quadratus potius quam longus aut brevis, capite tam magno, ut corporis videatur pars maxima, deiectis et pro-pendentibus auribus, nigris vel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villosoque pectore, latis armis, cruribus crassis et hirtis, cauda breui,

breui, vestigiorum articulis et vnguibus amplissimis. Mores autem neque mitissimi, neque rursus truces atque crudeles; quod illi furem quoque adulantur, hi etiam domesticos inuadunt. Satis est seueros esse nec blandos, vt nonnunquam etiam conseruos iratius intueantur, semper exandescant in exteros. Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, et circumspecti magis quam temerarii: nam illi nisi quod certum compere-runt, non indicant, hi vano strepitu, et falsa suspitione concitantur. Nec multum refert, an villarici corporibus graues et parum veloces sint: plus enim cominus et in gradu, quam eminus et in spatio cursu facere debent; nam semper circa septa, et intra aedificium consistere, imo ne longius quidem recedere debent, satisque pulchre funguntur officio, si et aduenientem sagaciter odorantur, et latratu conterrent, nec patiuntur propius accedere, vel constantius appropinquantem violenter inuadunt. Atque haec de domesticis custodibus, illa de pastoralibus.

Pecuarius canis, neque tam strigosus aut pernix debet esse, quam qui damas ceruosque, et velocissima sectatur animalia, nec tam obesus aut grauis, quam villae horreique custos: sed et robustus nihilo minus, et aliquatenus promptus ac strenuus, quoniam et ad rixam, et ad pugnam, nec minus ad cursum comparatur, cum et lupi repellere insidias, et raptorem fer-

rum